



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 124. De veritate facti ad hoc Episcopo relati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.

nunquam sub Crescentio Legato in Concilio fuerit confirmatus: idem quoque Vicecomes ad eundem Cardinalem perscripsit, significavitque, nullum ibi ex Patribus fuisse nominatum, qui decretum discuteret.

§. CXXIV.

*De veritate facti ab hoc Episcopo  
relati.*

*Fallav. n. 12.* **H**aud tamen inficiari potest, in Se-gobiensis Episcopi testimonio quam-dam veritatis speciem contineri; rem ergo percipiamus ex iis, quæ Serip-dus Cardinalis in sua peculiari hujus rei gestæ narratione posteris reliquit. Itaque post quartam Sessionem, quæ sub Julii III. Pontificatu circa finem Anni millesimi quingentesimi quinqua-gesimi primi habebatur, commissus est Theologorum censuræ inter alios hic articulus: *Episcopos non esse jure divino institutos, nec Presbyteris Superiores, nec jus obtinere ordinandi, aut si obtinent, illud esse Presbyteris commune, eorumque ordinationes absque populi consensu irritas esse.* Eo examine absoluto die vigesima nona Decembris, circa capita, & circa Doctrinæ canones quoddam exemplar fuit conceptum, quod a Patribus ex-pensum, auditæque de eo Sententiae sunt per complures dies: tum decimo quarto



Sæcul. XVI.  
A. C. 1562.

quarto Januarii anno Christi millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo selecti sunt octodecim ex Patribus illud exemplar reformaturi, simulque inde Canones extracturi. Postea ex illis octodecim Patribus tres illic præsentes nominabat Antistes Telefiae: ii vero erant Guerrerus, Naclantus, & Præconius qui selecti Patres decimo octavo Januarii die cum reliquis Præfulibus formam Canonum a se digestam Synodo communicabant: & inter Canones quidam erat, quo memoratus articulus damnabatur, excepta postrema particula de Ordinationibus absque populi consensu habitis, fortasse ob eam difficultatem, quam postea Galli objecerunt. Demum vigesimo, ac vigesimo primo ejusdem Mensis die descripta Doctrinæ capita producebantur, ut illic eo tenore approbarentur, quo a Paulo Sarpio referuntur lib. 7. pag. 606. sed non modo decretum ibi firmatum non fuit, sed ne sententiæ quidem super eo a Patribus dictæ sunt, propterea quod Oratores Electorum Saxonis, Ducisque Wirtembergici petiissent, ut earum rerum discussioni tantisper supersederetur, donec ipsorum Theologi audirentur: quapropter die vigesima quinta Januarii Sessio, quæ sub Julio III. quinta erat, celebrabatur, in qua tamen

Hh 5 horum



Sæcul. XVI  
A.C. 1562.

horum decretorum examen ad aliud  
tempus fuit remissum, nec ab eo tempore  
hac de re amplius sermo redibat.  
Ceterum in Historiæ nostræ progressu  
hujus controversiæ exitum  
perspiciemus. (\*)

(\*) Pallavicinus autem suum judicium  
hac super re his verbis exprimit: *putaverim*  
*quidem, falsum ab Aiala fuisse narratum, non*  
*data opera, sed imprudenter, cumque rursum*  
*ille articulus aliqua ratione fuisset expensus a*  
*tate Julii, hinc illum post tot annos lapsum a*  
*vitio memorie, quæ saepe inter incerta manus*  
*tenebras amore sui depravata, nobis ipsis regula*  
*confidentia parum fideli id, quod optamus.*  
*Ita se habuit certamen illud inter primum Lo*  
*gatorum, & Segoviensem Antifitem, & ipsa*  
*hujusmodi erat rationis fundamentum.*



HISTO.